Diplôme de maître ès arts.

Numéro d'inventaire : 1979.12007
Auteur(s) : Jean-Baptiste Geffroy
Type de document : diplôme
Éditeur : non renseigné (Caen)
Période de création : 4e quart 18e siècle
Date de création : 1794
Description : Feuille de papier vergé filigrané, pliée en deux pour former un fascicule. Bords froissés et déchirés. Au verso du second feuillet, les traces d'une feuille de papier collée sur le document. Texte manucrit sur les pages 1 et 2. Timbre d'expédition à l'encre noire.
Mesures : hauteur : 240 mm ; largeur : 190 mm
Notes : Diplôme de maître ès arts délivré par la faculté des arts de Caen à Jean-Baptiste Geffroy, le 23 germinal an 2. Les formulations traditionnelles de ce genre de document ont été adaptées à la nouvelle culture révolutionnaire, tout en en gardant les thèmes et l'ordre d'exposition habituel. NB. Document à numériser et reproduire sur papier.
Mots-clés : Diplômes universitaires
Filière : Lycée et collège classique et moderne
Niveau : Post-élémentaire
Nom de la commune : Caen
Nom du département : Calvados
Autres descriptions : Nombre de pages : 2
Lieux : Calvados, Caen

LALOI
EXPEDITION
8 SOLS

Geffroy

Universis præsentes litteras inspecturis

Decanus et Republicana artium facultas, universi studii Cadomensis salutem.

Cum universi homines naturali æquitate sint adstricti, ut fidele testimonium perhibeant veritati, multo magis convenit ut viri diversarum scientiarum professores qui veritatem in omnibus scrutantur, ac in ea alios instruunt ac informant, ut sic nec amore vel favore aut alia quacumque occasione deviant a rectitudine veritatis et rationis: hinc est quod nos in hac parte veritati testimonium perhibere cupientes, omnibus et singulis quorum interest, tenore præsentium notum facimus quod dilectus noster civis Joannes Baptista Geffroy Bajocensis gradum magisterii in dicta nostra artium facultate juxta ejusdem statuta et consuetudines examinibus rigorosis per nos et magistros ad id specialiter deputatos diligenter præhabitis, visisque litteris testimonialibus cursus philosophiæ ab eo per biennium in hac universitate absoluti, videlicet a Remigialibus anni millesimi septingentesimi

octogesimi octavi, usque ad solemnes inducias anni
Millesimi Septingentesimi nonogesimi; Cum solemnitatibus
in talibus assuetis observatis, nec non Reipublicae unius
et indivisibilis fidelitatis sacramentis praestitutis, laudabiliter
et honorificè consecutus est, undè Dicto Civi joanni-
Baptistae geffroy Conceditur plena et perfecta
potestas ascendendi Cathedram publicam, Docendi
legendi et interpretandi quodcumque humaniorum
et philosophicorum Scriptorum genus, a Rectâ Ratione
et Reipublicae principiis non abhorrentium hic et
ubique terrarum; in quorum omnium fidem, legitimum-
que testimonium chirographos nostros, nec non generalis
Scribae secretarii Corporis academici his praesentibus litteris
duximus apponendos. Datum Cadomi anno secundo gallicae
Reipublicae unius et indivisibilis, die verò vigesimâ
tertiâ mensis germinalis./. Pothier decanus.

Chouville

Dautresme desclosets

Vittrel

Dautresme fils

Carpentier

Margrateu Corporis academici generalis Scriba